



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

Laymann, Paul

Dilingae, 1698

Capitulum XI. Postulâstis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)

piscopus utilis est, Papa non potest de jure cessionem admittere, vel ad Religionem transeundi licentiam dare, sicuti constat *ex cir. c. nisi de renuntiat.* ergo licentia frustra peteretur: sin autem Episcopus Ecclesie utilis non est, ideoque Pontifex cessionem admittere potest, tunc tenetur licentiam petere, & plerumque votum suum explicare; cum enim Episcopus suscipiendo Episcopatum transgressor voti fuerit, quando impedimentum exequendi sibi sponte iniecit, ideò quatenus de jure potest, impedimentum tollere tenetur, si speret, se efficaciter posse; id autem fiet, si licentiam ad Religionem transeundi petat, suumque votum explicet, quando ob id facilius cessionem admittendam esse arbitrat.

CAPITULUM XI.

Postulástis.

PARAPHRASIS.

Cum quidam Præpositus Regularis Cruce signatus esset, alter insigniri desideraret, & Pontificem consulissent, utrum illis liceret vigesimam partem proventuum suarum Ecclesiarum ad auxilium Terræ sanctæ deputatam eò secum ferre: respondit Pontifex, si Ecclesie per ipsorum absentiam enormiter non lædantur, & ipsi Terræ sanctæ utiles futuri sint, vel exemplo vel verbo, posse illos, constitutis idoneis Procuratoribus, ac teneri votum suum implere, ac dictam proventuum partem in hunc usum impendere,

1. *Vnde olim sumptus suppeditati fuerint succurrentibus Terræ sanctæ?*
2. *An absente Episcopo administratio Diocesis sit penes Capitulum?*

Notandum primum. Olim ad libertatem Terram sanctam Româ pars redemptum tam secularibus, quam Ecclesiasticis imperata fuit. Verum, qui periculositer proficiscerentur, expensas profectum inde deducere poterant, sicuti *Glossa* hoc notat.

Notandum secundum. Si Episcopus ad Ecclesiam suam discedat, idoneum procuratorem, loco suo, relinquere debet, qui res Ecclesie administrat. Ita textus & *Glossa* lib. V. *procuratoribus*; quare administratio Episcopatus, & rerum Episcopatum in hoc casu non devolvitur ad Capitulum. Hæc est specialis licentia facta Prælati, etiam Regularibus, ut si sine enormi Ecclesiarum detrimento abesse possent, & auxilium afferre Terræ sanctæ, cruce se insigniri poterant, prout *Abb. hic* notat n. 2. alioquin verò negativa regula est, quòd Prælati tum Regulares, tum Sæculares, alique Beneficarii, aut Religiosi, longam peregrinationem sine licentia Superioris instituere non possunt, prout habetur *in c. magna 7. hoc tit. c. non oportet 36. dist. 5. de consec. & consecrat. lex si qua 22. cod. de SS. Ecclesijs*, ubi habetur, nec Clericis, nec Monachis peregrinationibus fidem habendam esse, nisi litteris Superioris sui muniti adveniant,

